Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1177
Quelle:
Copyright:

primo queritur. utrum deus ſub propria ratione deitatis poſſit eſſe ſubiectum alicuius ſcientie &c. ut *Cod.* primo Operum *Scoti*, ſed per decurſum in ipſo etiam *Quaeſtionum* Elencho ſaltem phraſis ab illo Exemplo paſſim differt, ut adeo praeſens hoc ex eorum *Subpoſititiorum* numero eſſe videatur, de quibus conqueritur *Waddingus* in *Cenſura* T. XI. P. 1. edit. ſaepe *cit.* praemiſſa, id, quod etiam Clauſulae adlatae verba perpendenti facile ſubolebit. *Fol.* 125. p. 2. adſcriptae ſunt ex Opere *Oxonienſi* IV. *Quaeſtiones* Prologi.

CCCCLXXXIX.

U. 434 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 128. f. per duas columnas exaratus et rubro diſtinctus eſt ejusdem *Joh. Scoti* Scriptum in *Librum III. Sententiarum* hoc initio: *Circa incarnationem domini. primo de poſſibilitate utrum poſſibile fuerit naturam humanam vniri deo in vnitate perſone* &c. ut edit. *cit.* T. VII. Finis paullo aliter: *Jugum meum ſuaue et onus meum leue. cui ſit honor et gloria per infinita ſeculorum ſecula. Amen. Explicit tercius ordinarij ſuper ſententias editus a venerabili fratre Johanne ſcoto ſacre theologie doctore.*

II. *fol.* 87. ventilantur primum hae Quaeſtiones: *Vtrum ex vnione humane nature ad uerbum innaſcatur generalis communicacio ydiomatum? Vtrum in chriſto ſit aliquod eſſe aliud ab eſſe increato? Si adam non peccaſſet, chriſtus incarnatus fuiſſet?* Et haec quidem abrupta. Succedit alia: *Vtrum theologus catholicus in theologicis ſufficienter inſtructus poſſit articulum trinitatis defendere contra emulum ueritatis?* et haec inſcripta *Franciſci Maronis.* Dein *Tractatus Magiſtri franciſci de Maronis de uirtutibus moralibus*, cujus initium: *Auditu aurium audiui te* &c. *Tractatus de medio virtutum: In medio platee ciuitatis lignum vite* &c. *De virtutibus intellectualibus: Intellectus bonus omnibus facientibus eum* &c. *De virtutibus cardinalibus: Circa cardines celi perambulat* &c. *De virtutibus theologicis: Domine virtutum quis ſimilis tibi* &c. *Tractatus de voluntaria et involuntario: Voluntario oris beneplacita* &c. *Tractatus de circumſtantijs virtutum: Circumdate ſyon et complectimini eam* &c. *Tractatus de regulis ſacre ſcripture: Iuſtus dominus et iuſtitias dilexit* &c. Poſt hos VIII. *Tractatulos* reditur ad Quaeſtiones: *Utrum in humanitate chriſti ſit aliqua perfectior entitas eius anima rationali? Utrum corpus chriſti quod fuit formatum ex puriſſimis ſanguinibus beate virginis fuit ſimpliciter a uerbo aſumptum? Utrum anima chriſti intelligat omnia in uerbo que intelligit uerbum?* Omnia haec ἀνέκδοτα, et *Franciſci Maronis*, *Mayronii*, *Majorani* ex O. M. Doctoris dicti *Illuminati*, *Galli*, ut alibi dixi, et a. 1325. extincti habeo, qui teſte *Waddingo*, Oudino et *Fabricio* et *Quaeſtiones theologicas* M D.